BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 131v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



duxerunt illum in cenaculū. Et cum steterūt
illū omnes uiduę flentes. et ostendebant tunicas et
uestes. quas fatiebat illis doreas. Eiectis autē om
nibus foras. petrus ponens genua orauit. et conuer
sus ad corpus dixit. Thabita surge. At illa ape
ruit oculos suos. et uiso petro resedit. dans autē
illi manum erexit eam. et cum uocasset scōs et uidu
as assignauit eam uiuam. Notum autē factū
ē per uniuersā ioppen. et crediderunt multi in dn̄o.
Factum est autē ut dies multos moraretur in iop
pen. apud symonem quendā coriarium. Vir autē
quidam erat in cesarea nomine cornelius cen
turio cohortis que dicitur italica. religiosus et timens
dn̄m cum omni domo sua. fatiens elemosinas mul
tas plebi. et deprecans dn̄m semper. Vidit in uisu
nona manifeste quasi hora diei. Angelū dei introeun
tem ad se et dicentem sibi. Corneli. At ille in
tuens eum. timore correptus dixit. Quid est dn̄e.
Dixit autē illi. Orationes tuę et elemosinę tuę
ascenderūt in memoriam in conspectu dei. et nunc
mitte uiros in ioppen. et accersi simonē quen
dam. qui cognominatur petrus. Hic hospita
tur apud symonem quendam coriariū. cuius
ē domus iuxta mare: hic dicet tibi. quid te
oporteat facere. Et cū descendisset angelus
qui loquebatur illi. uocauit duos domesticos suos
et militē metuentē dn̄m. ex his qui illi adhere
bant. Quibus cū narrasset omnia. misit illos in ioppen.
Postera autē die: iter illis facientibus et adppinquan
tibus ciuitati. Ascendit petrus in superiora domus, ut oraret
circa horā vitam. Et cū esuriret. uoluit gustare. Parantibus
autē eis cecidit super eum mentis excessus. Et uidit
celū apertū. Et descendens uas quēdā uel ut linteū
magnū quatuor initiis obmitti de celo in terram.